

por haber salud, ò por haber las cosas temporales que codician, so pena, que seyendole probado por testigos, ò por confesion de los mismos, que los maten por ellos y los que los encubrieren en sus casas à sabiendas, que sean echados de la tierra por siempre. Sed hodie in nostra Hispania omnia hæc delicta ad S. Inquisitionem pertinent, & regulariter poena arbitraria puniuntur, & idem est quando procedunt Judex Ecclesiasticus, vel Laicus in casibus, in quibus possunt procedere: ac proinde imponitur poena ignominie cum mitra infami, vel fustigationis, vel relegationis, vel trireremium, vel detrusio in Monasterium, vel multa pecuniaria, prout circumstantie dicunt, nisi mors ex talibus maleficiis, vel artibus sit secuta: nam tunc morte mors est vindicanda. *Accevd. in L. 5. tit. 1. lib. 8. R. C.*

Stellionatus dicitur quodcumque crimen commissum cum dolo, præcipue si alio nomine specifico caret. *L. 3. §. 1. ff. de Crim. Stellionat.* ibi: *Stellionatum obijci posse his qui dolo, quid fecerunt, sciendum est: scilicet, si aliud crimen non sit, quod obijciatur: quod enim in privatis judiciis est de dolo actio, hoc in criminalibus stellionatus persecutio.* Ubicumque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus obijciens, maxime autem in his locum habet: si quis forte rem alii obligatam dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit, vel permutaverit, vel insolutum dederit: nam hæc omnes species stellionatum continent. Sed, & si quis merces supposuerit, vel obligatas averterit, vel si corruperit, aque stellionatus reus erit. *§. 2. Poena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum sit, solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc poena in plebeis ingredi, in his autem, qui sunt in aliquo honore positi ad tempus relegatio, vel ab ordine motio remittenda est. L. 12. & seqq. tit. 16. p. 7.* Ubi afferunt varii modi, quibus hoc crimen committitur.

Stuprum est species luxurie in virginis illicita defloratione consistens, & Lege Julia de adulteriis coercetur. *L. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de Adult. L. 2. tit. 19. p. 7.* Ubi dicitur, quod virginem corrumpebat dolose, vel qui coit cum honesta vidua, vel Religiosa; si est honorabilis perdit medietatem bonorum Regis Camere applicandam, si fuerit vilis, publice flagellatur, & in Insulam condemnatur per quinquennium, & notat *Greg. Lop. ibid. V. Debe perder, in fin.* quod ex-

tra dictam poenam videtur condemnandus virginis stuprator, & seductor, ut det dorem congruum mulieri stuprate, quantum plus ipse dare debeat, seu datum sit alteri viro ratione deflorationis. De Jure Canonico stuprator tenetur disjunctivè, aut ducere puellam in uxorem, aut eam dotare. *c. 1. c. 2. de Adult. & jam generali consuetudine hæc poena imponitur in nostra Hispania à Judicibus Sæcularibus, & condemnatur stuprator poenis corporalibus si non contrahat matrimonium: nam si illud celebret liberatur ab omnibus poenis in sententia comprehensis *Gonz. in L. 80. Taur. n. 5. Clar. Vela, Gonn. in c. 1. de Adult. n. 6.**

357 Testis falsus falsi crimen committens variè punitur. *Vid. Falsum, & Perjurium.*

Terminorum motores Lege Agraria pro singulis terminis motis quinquaginta aureos in publico dare tenebantur. *L. fin. ff. de Termin. mot. Et in L. 2. ff. eod. dicitur:* quod si splendidiore persone occupandorum alienorum finium causa, id fecerunt, possunt in tempus, ut cujusque patitur ætas relegari, id est, si juvenior in longius, si senior recisus. Si verò alii negotium gesserunt castigari, & ad opus biennio dari: quod si per ignorantiam, aut fortuito lapides furati sunt, sufficit eos verberibus dicere. In nostra Hispania mutuans sine Judicis autoritate limites dividentes prædia vicina, ultra poenam quinquaginta solidorum, pro quolibet limite moto perdit jus si quod habebat in ea parte, quam sibi ex mutatione acquirere intendebat: quod si nullum habebat jus, in duplum restituendum damnatur. *L. fin. tit. 14. p. 7. & ibid. Gregor. Lop. V. Cinguenta mavaevidis.*

358 Vagabundi pro cujusque Regionis consuetudine puniendi sunt. *Vid. Mendicantes in Indiis, si vagabundi moti in suo otio persistent, debent à Provincia expelli. L. 1. tit. 4. lib. 7. R. Ind. Ægyptiani Hispanè: Gitanos, omnino debent ab Indiis expelli. L. fin. tit. 4. lib. 7. R. Ind.*

Venatio aliquibus temporibus, locis, & certis instrumentis prohibetur, sicut alias cuilibet permittitur: poena transgressorum est regulariter pecuniaria, vel brevis exilii, ut in nostra Hispania. *L. 1. & per tot. tit. 8. lib. 7. R. C.* Clericis venatio clamorosa prohibetur: ut diximus in titulo de Clerico Venator.

Venefici. Hispanè; Hechiceros; nomi-

## TIT. XXXVIII.

## De Pœnitentiis, &amp; remissionibus.

359 PER medium poenitentia peccatorum remissio obtinetur.

*Sic D. Leo. in c. 49. de Pœnit. D. 1. Multiplex misericordia Dei, ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentia medicinam spes vite reparatur æterna, ut qui regenerationis donum violaverit, proprio se judicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent.* Hoc etiam inter suæ coecitatis umbras de suis Diis loquentes innuunt Gentiles. *Sic alter Poeta. Sape levant poenas, ereptaque lumina reddunt, cum bene peccati poenituisse vident.* Poenitentia est & mala præterita plangere, & plagenda iterum non committere, ait *D. Ambr. in c. 1. de Pœnit. D. 3.* & juxta *D. August. in c. 4. de Pœnit. D. 3.* est, quadam dolentis vindicta puniens in se, quod dolet commississe. *L. 18. tit. 4. p. 1. ibi: Poenitentia est arreperitæ ome, ò dolere de suis peccatis, de maniera, que non baya mas voluntad de tornar à ellos. D. Thom. in 3. part. q. 85. art. 1. ad 3. ibi: Dolor poenitentis est displicentia, seu reprobatio facti præteriti cum intentione removendi sequelam ipsius, scilicet offensam Dei, & reatum poenæ.* Et quidem 1. accipitur pro virtute poenitentia, quatenus est habitus inclinans ad internam detestationem peccati, quatenus est offensæ Dei cum animo satisfaciendi. *Off. D. Thom. in 3. p. q. 85. art. 3. ibi: Poenitentia non habet, quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato, (ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex eo, quod poenitens dolens de peccato commisso in quantum est offensæ Dei cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commissa non fit per solam cessationem offensæ sed exigitur ulterius, quadam recompensatio, que habet locum in offensis in alterum commissis, sicut, & retributio nisi, quod recompensatio est ex parte ejus, qui offendit (impo- tunc cum satisficit) retributio autem est ex parte ejus, in quem est offensæ commissa, quia utrumque est commutatio quadam. Unde manifestum, quod poenitentia, secundum quod est virtus, est pars justitiæ. 2. Sumit- tur pro Sacramento poenitentia: dum tam-*

ne maleficiorum continentur in c. 1. *L. de Malefic. & Matehem.* Solent veneno, malis medicamentis, susurris, & incantationibus magicis homines occidere: & tunc poena mortis plectuntur; nam plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. *L. 1. C. de Malef. L. 2. L. 9. tit. 23. p. 7. L. 5. & seqq. tit. 3. lib. 8. R. C. Accevd. in L. 5. tit. 1. lib. 8. R. C.* in nostra Hispania ab Inquisitoribus puniuntur. Indi venefici puniuntur à Judicibus Sæcularibus. *L. 35. tit. 1. lib. 6. R. Ind.*

Verberans aliquem injustè irrogat ei gravem injuriam, & arbitrariè punitur. *Vid. Injuria Vim armis inferens, ut aliquem dejiciat à sua possessione Lege Julia de vi publica deportatione punitur. L. 10. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de Vi publicæ. quod si vis sine armis fiat moderatur poena. L. 8. tit. 10. p. 7.* Et hodie arbitraria est hujus delicti poena. *Greg. Lop. in L. 8. tit. 10. p. 7. V. Desterrado.*

Usurarii manifesti, & notorii infamiam incurrunt. *L. 4. tit. 6. p. 7. L. fin. tit. 6. lib. 8. R. C.* ibi: *Que el tal usurario, ò logrero, queda, y finque inabil, è infame perpetuamente.* A Sacra Eucharistia Comunione arcentur, & Ecclesiastica sepultura privantur. *c. de I. Usur. & qui illos humane præsumunt excommunicantur, c. 2. de Usur. in 6.* Quod si Clerici sint, ab officio, & beneficio suspendendi sunt. *c. 7. de Usur. Usurariorum testamenta nulla sunt, nisi satisfaciant, & restituant usuras, vel de satisfaciendo cautionem præstent. c. 2. de Usur. in 6.* Officiales facientes, vel scribentes statuta super usuris solvendis, vel non repetendis, vel non restituendis excommunicantur. *Cl. us. de Usur.* in nostra Hispania usurarii amittunt, quod in mutuum sub usuris dererunt, & mutuario acquirunt, & pro prima vice in tantundem condemnantur, & pro secunda amittunt medietatem bonorum, & pro tertia omnia bona amittunt. *L. 4. L. 5. tit. 6. lib. 8. R. C.* Sed jam satis de delictis, nec in ipsis immorari licet, sed celeriter ad salutarem poenitentiam transire oportet. *Nec mihi si lingua centum sint, oraque centum, ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas, omnia peccatorum percurrere nomina possim.*

de hinc...

men huic interna detestationi accedat peccatorum confessio, & Sacerdotis absolutio. Et à Sacris Canonibus, & Patribus appellatur, secundus baptismus: *secunda tabula post naufragium: Sacramentum reconciliationis, vel absolutiois: Accusatio: & Græce exomologesis: communiter tamen dicitur Confessio, & frequentissime Pœnitentia: quia in suis partibus poenam continet: nam contritio dolorum, confessio ruborem, satisfactio molestiam habet c. 72. de Pœnit. D. 1. Trid. sess. 6. de Justif. cap. 14. Et sess. 14. de Sac. Pœnitent. cap. 2. 3. Accipitur pro satisfactione, si tali detestationi jungatur opus laboriosum, & penale, vel à Sacerdote injunctum, vel sponte susceptum. Trid. sess. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 8. Pœnitentia est adeo efficax, ut nullum sit peccatum, quambis gravissimum, quod pœnitentia non expietur, nisi sit peccatum Dæmonum, vel damnatorum, quorum affectus sunt confirmati in malo, ita, ut non possit eis displicere peccatum, in quantum est culpa, sed solum displicet eis poena, quam patiuntur, ratione cujus aliqualem pœnitentiam, sed infructuosam, habent, juxta illud Sapient. 5. Pœnitentiam agentes, & pro angustia spiritus gementes. Unde talis pœnitentia non est eum spe veniæ, sed cum desperatione. Tale autem non potest esse peccatum hominis viatoris, cujus liberum arbitrium flexibile est ad bonum, & ad malum. Unde dicere quod aliquod peccatum sit in hac vita de quo quis poenitere non possit, erroneum est, & per hoc tolleretur arbitrii libertas. Quando verò Christus D. apud Matth. 12. v. 32. ait: Qui dixerit verbum contra Spiritum S. non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro: intelligitur de impenitentia finali: vel si intelligatur de peccato, quod fit ex certa malitia, vel de blasphemia contra Spiritum S. dicitur, non remitti, scilicet de facili: vel quia tale peccatum non habetur in se causam excusationis, vel quia puniuntur in hoc sæculo, & in futuro. D. Thom. in 3. p. q. 86. art. 1.*

360 Fide certum est contra Montanistas, Novatianos, Lutherum, & Calvinum, pœnitentiam esse unum ex septem Sacramentis novæ Legis. Cmc. Florent. sess. ult. in Decret. union. Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacram. Canon. 1. & 2. Pœnitentia, prout est virtus adeo necessaria est ad remissionem peccatorum, ut sine ea impossibile sit, peccatum actuale

remitti: siquidem offensæ peccati mortalis procedit ex hoc, quod voluntas hominis est aversa à Deo per conversionem ad aliquod bonum commutabile: Unde requiritur ad remissionem Divinæ offensæ, quod voluntas hominis, sic immutetur, ut convertatur ad Deum cum detestatione conversionis prædictæ, & proposito emendæ quod ad pœnitentiam pertinet. Profecto sine Sacramento pœnitentiæ potest Deus peccatum remittere: sicut remisit Christus mulieri adultæ. Joan. 8. Et peccatrici. Luc. 7. D. Thom. in 3. p. q. 86. art. 2. & quidem Christus Dom. qui apud Matth. 16. v. 19. Petro claves Cælorum promiserat, ibi: *Et dabo tibi claves Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in Cælis. Hæc enim D. N. Jesus Christus Sacramentum Pœnitentiæ, tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus insurrexisset, in Discipulos suos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Trid. sess. 14. de Sac. Pœnitent. cap. 1. Joani 20. v. 23. In veteri enim Lege, etiam præcæsit pœnitentiæ imperfectioni illius Legis propofitionata. D. Thom. in 3. p. q. 84. art. 7. ad 1. ibi: *Unde de pœnitentiâ veteri Lege aliquando dicitur: quodammodo habuit, quantum quidam ad dolorem, ut est magis in corde, quam in exterioribus signis secundum Iud. Soc. 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: quantum autem ad remedium doloris quaerendum, ut aliquomodo Ministris Dei peccata sua confiterentur, ad minus in generali. Unde Dominus Lev. 5. dicit: *Aut si peccaverit per ignorantiam offerat artem immaculatam de gregibus Sacerdotum juxta mensuram, & abstimationemque peccati qui orabit pro eo, quia nascens fecerit, & dimittitur ei. In hoc enim Apsto quidam obligationem faciebat aliquis pro peccato suo quodammodo suum peccatum Sacerdoti confitebatur. Et secundum hoc dicitur. Provi. 28. *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur, mandatum autem est instituta potestas clavium, que à passione Christi derivatur, & per consequens nondum erat institutum, quod aliquis scilicet de peccato cum proposito subjiciat se per confessionem, & satisfactionem clavibus Ecclesiæ sub spe consequendæ veniæ vite passionis Christi.****

361 Materia hujus Sacramenti est du-

plex: alia remota, alia proxima, sicut duplex est materia statuta materia remota, & necessaria, seu circa quam, sunt omnia peccata mortalia commissa post baptismum, & nondum confessa, non quidem acceptanda, sed detestanda, & destruenda. D. Thom. in 3. p. q. 84. art. 2. nec sufficit, si sint remissa quomodocumque: qui enim carens confessario actum contritionis perfectæ, seu charitate formatæ elicit: per talem actum, etiam antecedentes ad Sacramenti receptionem, recuperat gratiam per peccatum amissam. Trid. sess. 6. de Justif. c. 14. Et sess. 14. de Pœnit. c. 4. Et talis contritio dicitur pœnitentia in voto. Materia sufficiens, quamvis non necessaria sunt omnia peccata venialia commissa post baptismum, & etiam mortalia, que jam rite confessa sunt: Sic possunt omitti venialia, vel omnia, vel aliqua: & etiam mortalia, jam rite confessa: attamen debet in confessioni apponi materia certa, quod si hæc non possit haberi, pro ratione dubii danda est absolutio, vel sub dubio, si materia prorsus dubia sit. De peccato originali (ait D. Thom. in 3. p. q. 84. art. 2. ad 3.) pœnitentia nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatur hoc Sacramentum, sed magis baptismum), nec etiam proprie, quia peccatum originale non est nostra voluntate per actum, nisi forte in quantum voluntas Ade reputatur nostra, secundum modum loquendi, quod Apost. dicit Rom. 5. in quo omnes peccaverunt. In quantum tamen largè accipitur pœnitentia pro quacumque detestatione rei præterite, potest dici pœnitentia de peccato originali, sicut loquitur Agust. in lib. de Pœnitentia Materia proxima, seu ex qua: sunt ipsius pœnitentis actus scilicet contritio, confessio, & satisfactio. Trid. sess. 14. de Pœnit. c. 3. c. 8. de Pœnit. D. 3. in corde ejus contritio in ore ejus confessio, in opere tota humilitas, (id est satisfactio) hæc est perfectæ, & fructifera pœnitentia. D. Thom. in 3. p. q. 84. art. Contritio, & confessio sunt partes essentielles, ut tenet communis contra Scotum, qui totam eam ponit in absoluteione: satisfactio est tantum pars integralis, ut patet in moribundo destituito ratione, qui absque satisfactione absolvitur. Contritio est animi dolor ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Trid. sess. 14. de Pœnit. c. 4. Et est duplex: alia perfectæ, que scilicet elicitur ex motivo charitatis propter Deum summè delictum. & hæc nomen contritionis retinet. Alia est imperfectæ, que est dolor, detestatio peccati super omnia, non propter Deum summè

delictum, sed ob inferni, ad poenarum meritum, vel ob turpitudinem peccati. Et hæc dicitur attritio. Ad Sacramentum pœnitentiæ non est necessaria contritio perfecta, nec in re, nec existimata: sed sufficit, & requiritur saltem attritio formalis, supernaturalis, efficax, & universalis respectu mortalium concepta in ordine ad confessionem, vel sicut absoluteionem. Hic dolor debet esse appetitive summus, ita ut nihil magis quis detestetur, quam peccatum, & malit omnia mala Mundi pati, quam peccare: non tamen requiritur dolor sensibilis sed sufficit intellectivus, debetque antecedere absoluteionem, & tutius erit, illam ante confessionem ipsam apponere. Non tamen requiritur ulla intensio, vel etiam duratio temporis, debetque necessario haberi, etiam si quis tantum venialia jam confessa confiteatur, non tamen est necesse, quod attritio extendatur ad omnia venialia, quorum pœnitens est conscius, sed sufficit de uno veniali dolere formaliter & si plurimum sit conscius pœnitens, de quibus, nec dolorem habeat, nec propositum emendandi, sive illa confiteatur, sive non.

362 Confessio debet ordinari esse vocalis, ut habet inconcussa praxis Ecclesiæ. L. 23. tit. 4. p. 1. ibi: *De debelo deir por su boca: nisi impotentia physica, vel moralis adsit: nam tunc confessio nutu, scripto, vel alio signo fieri potest. L. 20. tit. 4. p. 1. Non est reprobandum scribere peccata, & ea confessori legere, non tamen est necessarium peccata scribere, ne memoria excidant. In materia substantiali, & necessaria debet confessio esse vera: alias esset irrita, quia in re gravi decipetur Judex: Et hic nulla erit absolutio, si pœnitens, neget, vel tegat, intelligatur peccatum grave, quod confiteri tenetur: vel si fallo mortale, quod non fecit confiteatur. Si verò in confessione mentiatur leviter circa res non pertinentes, aut non necessarias ad confessionem: vel si neget veniale, vel etiam mortale, quod non tenetur confiteri, non erit peccatum grave, nec Sacramentum irritatur. Præterea, Confessio debet ordinari esse integra materialiter, ut depingitur à Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 5. Ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint, & tantum adversus duo ultima Decalogi præcepta commissa. Peccata venialia taceri citra culpam: multisque aliis remediis expiari possunt. Qui scienter aliqua mortalia*

lia retinent, nihil Divina bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubescat agrotus vulnus Medico detegere, quod ignorat medicina; non curat. Colligitur propterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant; sed & impium est confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur impossibilem dicere, aut carnificum illam conscientiarum appellare: constat enim nihil aliud in Ecclesia à penitentibus exigi, quam, ut postquam quisque diligentius se excuserit, & conscientia sua sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit. Reliqua autem peccata, quæ diligentè cogitandi, non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fidelitè cum Propheta dicimus: *ab oculis meis munda me Domine. Quoad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, & si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humilitationem, tum ad aliorum exemplum, tum ob Ecclesie offensam adificationem delicta sua publicè confiteri possit, non est tamen hoc Divino præcepto mandatum, nec satis consultè, humana aliqua Legge præcipitur, ut delicta præsertim secreta publica essent confessione aperienda.* Circumstantias valde agravantes intra eandem speciem, esse confitendas, tenent Suarez, Soto, Sanchez, & alii contra S. Thom. S. Bonavent. S. Anton. & alios. Sed omnes satis probabiliter. *Vid. Lacr. lib. 6. p. 2. ex n. 975.* Si de numero certo peccatorum constat, debet poenitens illum numerum confiteri. Si verò non constat, sufficit, si dicat probabilem, addendo: *plus minusve;* quæ verba non habent sensum absolutum, sed respectivum ad numerum, cui apponuntur, ac proinde plura, vel pauciora peccata includunt, æstimanda boni viri arbitrio; quod si deinde poenitens cognoscat, se errasse, non tenetur repetere, nisi notabiliter numerus sit major, ita ut illis verbis non censeatur inclusus. Quod si nec probabiliter possit numerus assignari, sat erit, dicere consuetudinem peccandi, tempus, & frequentiam, in die, hebdomada, mense, vel anno. Aliquando sufficit ad hoc Sacramentum, quod confessio sit formaliter, licet non sit materialiter, integra; hoc est, quod sit integra, quantum moralitè hic, & nunc posset esse, ita tamen, ut postea debeat poenitens, si potest supplere defectum, non statim, sed quando obligetur, aut velit confi-

teri. Sic moribundus uno peccato dicto, potest absolvi; imò etsi tantum signa dederit. 363 Gravis est questio, an detur obligatio confitendi peccata dubia? Et quidem si positivè dubites de peccato commisso ita ut licet omne iudicium directum suspendatur, attamen pro utraque parte gravia sint motiva, se non cludentia, ita ut pro utraque parte prudens iudicium formari possit, vel saltem reflexe judicari, quod pro utraque parte grave fundamentum militat, non teneris illud confiteri: quia cum prudenter possis judicare, te non peccasse, potest dubium deponere, præcipue cum tua libertas sit in quasi possessione contra præceptum confitendi. Idem est, si scias, te peccasse, sed positivè dubites, an mortalitè, vel venialitè propter eandem rationem, similiter, si scias, te peccasse mortalitè, sed positivè dubites, an sis confessus, non teneris confiteri, etiam si pro eo, quod peccasses mortalitè, vel quòd non sis confessus, starent rationes probabiliores: nam adhuc ageres prudenter, sequendo opinionem minus probabilem: Suarez, Sylv. Sanchez, Henric. Bonacin. Laym. Lug. Castrop. Escob. Medin. & alii apud Lacroix L. 6. p. 2. ex n. 600. Si negativè dubites, an peccaris mortalitè, ita ut pro utraque parte sint aliqua motiva, non omninò levia, (hæc enim non sunt digna prudenti dubio) & omne iudicium prudens directum debeat suspendi, quia fundamenta non sufficiunt ad prudens iudicium pro alterutra parte, teneris confiteri; quia juxta *Trid. sess. 14. de Poenit. cap. 5.* debemus confiteri peccata, quorum conscientiam habemus, ac proinde peccata dubia, ut dubia confiteri debemus. Quod, præterquamquod constat ex praxi timoratorum, qui in negotio salutis tutiorem eligunt viam, tenent hanc sententiam, *Cathec. Rom. de Poenit. cap. 9. D. Thom. in 4. D. 21. q. 2. art. 3. Suar. in 3. p. tom. 4. D. 22. sect. 9. n. 7. Lug. de Poenit. D. 16. n. 63. & alii plures apud & cum Sanchez, in Decal. lib. 1. c. 10. n. 66. Lacr. lib. 6. p. 2. ex n. 606. contra Caran. in Theol. fundam. fund. 66. n. 1321. Et P. Marin. de Poenit. D. 3. sect. 6. n. 85. dicit: Qui dubitat, sive præcisè an peccaverit, vel non peccaverit mortalitè, sive certus peccasse dubitet, an peccaverit mortalitè an venialitè, & si magis inclinet quod peccaverit mortalitè non tenetur confiteri; & ibi alios Doctores citat, quorum sententia non est contentenda, cum gravibus fundamentis firmetur, adeò, ut *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 609.* asserat,*

rationes intrinsecas hujus sententia illam facere probabiliorem sententia affirmante dari talem obligationem talia peccata confitendi; quod saltem potest deservire ad sedandas aliquorum conscientias, qui quolibet dubio nimis anguntur. Hac igitur occasione hic oportet aliquid de scrupulis dicere. *Scrupulus enim est innanis apprehensio, & hic ortus timor, & anxietas, alicubi esse peccatum, ubi peccatum non est.* Signum scrupuli præsentis est: 1. si quis experietur, se per illum nimium angere, & perturbari: 2. si aliàs expertus sit, se apprehendisse similia sine fundamento. *Scrupulosus cognoscitur in eo, quod in omnibus timeat peccatum, ac contra sapientium, & proprium sapientiam, & iudicium sit inquietus, nec Doctorem consiliis acquiescat, perturbatè agit, & cæco quodammodo in actionibus externis versatur, habens reflexiones extravagantes infinitarum circumstantiarum, & frequentè ex Levi apparentia iudicium mutat.* Sic in horis legendis aliquando decies iudicium mutat de lecto, vel non lecto aliquo versiculo. Denique si confessarius iudicet, aliquem scrupulosum, talis debet haberi, ac proinde debet iudicio confessarii acquiescere, & destruere scrupulorum causas, meditando bonitatem Dei, humorem melancolicum evacuando, suum iudicium frangendo, debetque non otiosi, nec scrupulosos fovere: imò contra illos agere, & contemnere, seque assuefacere ad sequendas sententias mitiores, & etiam minus tutas, non iudicare, quidquam esse mortale, nisi certò sciat, nec in agendo tenetur adhibere examen, & diligentiam, nisi valde mediocrem, & dum angit scrupulus, nec suppedit consilium, potest liberè agere, quod voluerit, nisi certum, & evidens sit, esse peccatum nec tenetur repetere aliquid ex confessionibus præteritis; nisi certò sciat, illud esse mortale, & se non esse ritè confessum. Et Layman suadet, ut numquam confiteatur dubia, & scrupulos. Et Sanchez, Azor, & alii dicunt, non teneri confiteri, nisi quæ jurare possit esse metalia, & numquam esse confessum: quia in illo ex nimio timore peccandi tubatur ratio, & non tenetur cum tanto damno, & periculo anxietatis perpetuæ, vel incidendi in amentiam, vel desperationem: imò & abbreviandi vitam, integritatem confessionis procurare, cum etiam sapè minores difficultates à tali integritate excusent, imò oportet, quod con-

fessarius, postquam semel, vel iterum patientèr exaudivit ad satisfactionem poenitentem illum, aliquando non permittat confiteri, nec proponere scrupulos, vel dubia, ut sit aliquemodò fons scrupulorum exhaustiatur; imò consulat, quod contra scrupulos agat, eos contemnendo. De scrupulis, & eorum causis, & remediis, latius agunt illud Theologia mysticæ splendidissimum luminare. *V. Fr. Ludov. Granatensis, Sanch. in Decalog. lib. 1. cap. 10. ex n. 79. Laym. Azor, & alii cum Busemb. & Lacr. lib. 1. ex n. 511.*

464 Forma hujus Sacramenti, essentialitèr consistit in his verbis: *Absolve te. D. Thom. in 3. p. q. 84. art. 3.* debet tamen dici forma integra: *Ego te absolvo à peccatis tuis, Trident. sess. 14. de Poenit. cap. 3.* Quæ absolutio est actus judicialis, & non nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi, remissa esse peccata confitendi. *Tridentin. Can. 9.* ac proinde dicta verba hunc sensum habent: *confiro tibi gratiam ex se remissionem peccatorum. Suar. & alii con. contra varios variè sentientes apud Lacr. lib. 6. p. 2. ex n. 640. & additur à Trident. cap. 3.* Quod præces, quæ de S. Ecclesia: more laudabiliter adjunguntur, non spectant ad essentiam formæ, nec ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessaria. Forma autem *Clementis VIII.* qua, ut omnes utantur suadet *Paulus V.* est hæc: *Miserere tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducet te ad vitam æternam. Amen.* Deinde elevata manu confessarius dicit: *Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens misericors Dominus. Amen. Dominus Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis (hæc vox omittitur, quando poenitens est Laicus) & interditi, in quantum possum, & tu indiges: Deinde ego te absolvo (& format manu crucem supra caput poenitentis) à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Passio D. N. Jesu-Christi, & merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & malè patientèr sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & premium vite æternæ. Amen.* Si quis ob reverentiam dicat: *Absolve Majestatem, vel Excellentiam vestram, &c.* valet absolutio: quia non mutatur essentialitèr: invalida tamen erit absolutio, si non verbis, sed nutu, signo, vel

scripto fiat, vel si Sacerdos dicat: *Ab-solvat te Deus: vel absolvat te Christus*. Sacramentum poenitentiae in re, vel in voto est necessarium necessitate medii, ita institutum ex praecepto Divino, ut gratiam recuperet, qui peccatum mortale commisit. *Trid. sess. 14. de Poenit. cap. 4.* ibi: *Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius, & in homine post baptismum lapsio, ita demum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia Divina misericordia, & voto praestandi reliqua conjunctus sit.* Cum aliqua poenitentia secundum praesentem providentiam sit necessaria necessitate medii ad salutem illis, qui in peccatum mortale personale inciderunt, consequenter dicendum est, quod datur praeceptum, ipsos ad poenitentiam obligans, juxta illud Christi D. apud *Luc. 13. v. 5. Si poenitentiam non egeritis omnes similiter peribitis.* Hoc praeceptum poenitendi, non tantum est positivum Divinum, sed etiam naturale. *D. Thom. in 3. p. q. 84. art. 7. ad 1.* sed non obligat per se statim post commissum mortale, ut ex praxi fidelium, & sensu Confessoriorum constat: quia nemo se accusat de hoc, quod statim non poenituerit post peccatum, nec Confessarii de hoc interrogant: nec de hoc aliunde constat. Ita *Div. Thom. Durand. Suarez, Vazquez, Valenz. & alii, contra S. Anton. Innoc. IV. Abulens. & alios.* Et licet non constet ob DD. varietatem, quando extra periculum mortis hoc praeceptum naturale poenitendi per se obliget, tamen probabilius videtur, quod omnis homo regulariter teneatur ex praecepto naturali poenitere per contritionem in articulo mortis, quia salutis aeternae negotium est omnium maximum, in quo semel errasse est in aeternum periisse: ac proinde praeceptum naturale charitatis erga se ipsum dictat adhibere medium ad salutem securum, quale est contritio, si copia Confessarii desit, vel confessio, si copia Confessoris habeatur. Vid. *Laer. plures citans, lib. 6. p. 2. ex n. 2003.* Concilium Lateranense in *cap. 12. b. t. confirmatum à Trid. sess. 14. de Poenit. cap. 5. & Can. 8.* statuit, ut omnes Christi fideles utriusque sexus usu rationis praediti, saltem semel in anno proprio Sacerdoti peccata sua confiteantur. Et licet ex praecepto Divino determinato ad certum tempus per Ecclesiam, solum per se detur obligatio confitendi mortalia, etiam pure interna.

*Trid. sess. 14. cap. 5. & Can. 7.* Non verò datur obligatio confitendi, etiam tempore Paschali, quando solum quis habet peccata venialia *Dic. Thom. in 4. D. 16. art. 2. q. 3. Suar. de Poenit. D. 30. sect. 2. & deducitur ab arg. Trid. sess. 12. cap. 5. & cap. 7. contra Bonav. Alens. Rich. & alios.* Tamen per accidens, ad vitandum scandalum, & ex aliis rationibus, debet confiteri tempore Paschali, etiam qui nullius mortalis culpa conscientiam habet. *Suar. D. 36. sect. 2. n. 9. Vazq. q. 9. art. 2. dub. 2. num. 19.* Nec est necesse, quod quis 12. annum attingat, ut hoc praecepto teneatur, ut tenent communiter DD. contra *Sotum*: nam ut ex Concilio Lateranensi obligantur fideles postquam ad annos discretionis pervenerint, hoc est, quod sint doli capaces, & discernere possint inter bonum, & malum: & quia praedictum, *cap. 12.* est basis totius materiae: ejus litteram praec oculis apponam: sic enim ait: *Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata: saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi poenitentiam propriis viribus studeat adimplere: suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum alioquin, & vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & moriens christiana careat sepultura. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata licentiam prius postulet, & obtineat à proprio Sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absolvere, vel ligare. Sacerdos autem sit discretus, & cautus, ut more periti Medici super infundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale ei debeat praebere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum aegrotum. Caveat autem omnino, ne verbe, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodatur peccatorem, sed si prudentiori consilio inaguerit, illud absque ulla expressione perivona cautè requirat; quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum praesumpserit revelare, non solum à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verumetiam ad agendum perpetuam poenitentiam in arcum Monasterium detrudendum.*

365 Licet in Concilio Lateranensi sta-

statutum sit tempus Paschale ad Sacram Eucharistiam suscipiendam, nullum certum tempus determinatum est ad Sacramentalem confessionem, *cap. 12. b. tit. L. 34. tit. 4. p. 1.* Tamen morem confitendi tempore Quadragesimae, cujus memoria extat in *cap. 64. D. 50.* maxime probat *Trident.* & amplectitur tamquam plium, & merito retinendum. *Ses. 14. de Poenit. cap. 5.* Si quis dolose omiserit adimpletionem praecepti confessionis annuae, vel communionis Paschalis potest per sententiam fundatam in probatione delicti excommunicari, & sepultura Ecclesiastica privati, *cap. 12. b. tit.* Imò in aliquibus Diocesisibus est imposita à Synodalibus Constitutionibus excommunicatio major ipso facto incurrenda contra negligentes malitiose, quodvis ex his praeceptis adimplere: quae incurritur, etiamsi delictum sit occultum, vel etiamsi confessio sit facta, non integra, sine dolore, vel sine proposito. *Suar. de Poenit. D. 36. sect. 8. Fogund. in 2. Praecept. Eccles. L. 1. cap. 4.* Qui facit confessionem voluntarie nullam non satisfaci praecepto Ecclesiae, ut constat ex propositione damnata ab *Alex. VII.* Imò nec fit satis, quando etiam sine culpa poenitentis confessio fuit invalida: quia Sacerdos, vel ex malitia, vel ignorantia poenitentem non absolvit. Teneturque talis poenitens, cum defectum agnoscit, confessionem repetere: idem ferè est rem non facere, vel facere nulliter; *arg. L. 30. ff. de Testam. Tutel.* Nam Ecclesia determinat semel in anno fieri confessionem, sicut haec requiritur ex praecepto Divino, scilicet ad recuperandam gratiam amissam per peccatum. Quod certè per confessionem invalidam, undecumque invaliditas proveniat, non obtinetur. *Suar. de Poenit. D. 36. sect. 7. n. 3. Navar. Man. cap. 10. n. 4. Laym. Fogund. Sot. Castrop. tr. 23. p. 20. §. 3. n. 4. & 7. contra Sylv. V. Confessio 4. n. 3. Palud. & alios.* Confessio invalida iteranda prorsus est, vel apud eundem Confessarium: & tunc sufficit, se accusare de peccatis illi cognitis, dum ipse saltem in communi recedatur, vel apud alium, de novo peccata repetendo. Confessio quidem est invalida ex parte Confessarii, si non habebat jurisdictionem, vel eam habebat impeditam per censuram, vel si non intendit absolvere: vel si nullum peccatum in ellexit: vel si formam substantialiter vitavit. Ex parte verò poenitentis est invalida, si aliquod peccatum mortale tacuit, vel

de eo falso se accusavit: si non fuit artrit: si noluit tollere occasiones: si moraliter negligens fuit in examinanda conscientia: vel si erat excommunicatus. Defectus ex parte Confessarii raro obest, si poenitens inculpabiliter talem defectum ignorat: nam in sequenti confessione absolvetur, etiam ab illis peccatis, à quibus se bona fide credebat absolutum. Sacramentum Poenitentiae posse esse validum, quatenus habeat omnes partes essentiales illius, & simul informe, quatenus careat gratia, quae est forma sanctificationis animam, tenet *D. Thom. cum aliis*: negant *cum aliis Scotus*: quia dolor, quia est pars essentialis Sacramenti debet esse saltem virtualiter universalis ad omnia mortalia, ac proinde constituit Sacramentum validum, & causativum gratiae, quod esse validum, & firmatum. Vide *Marin de Poenit.* ubi satis late. Qui tempore Paschali, vel ea malitia, vel ob justum impedimentum, non satisfaci praecepto confessionis annuae adhuc praecepto tenetur: quia illud tempus non est determinatum ab Ecclesia, ut illi satisfiat. Et quamvis ad Confessionem esset assignatum, sicut ad Communionem annuam: adhuc esset praeceptum adimplendum, cum commode possit, quia illud tempus non est definitum tamquam terminus finiendae, sed solum tamquam terminus implendae obligationis. *Suar. de Poenit. D. 36. sect. 4. Medin. de Poenit. q. 18. Navar. Man. cap. 21. n. 45. quin, & si quis praevidet futurum in Paschate impedimentum, debet confessionem, & communionem anticipare.* *Suar. D. 36. sect. 5. Laym. & alii.* Tamen ex concessione Urbani VIII. conceditur Indis, & Aethiopicis degentibus in hoc novo Orbe, ut possint à principio Quadragesimae usque ad festum Corporis Christi, & ejus Octavam adimplere praeceptum confessionis, & communionis annuae. *Alloza Summ. V. Indi, sect. 2. num. 14.*

366 Minister hujus Sacramenti est solus Sacerdos, ut contra Wiclef, Lutherum, & alios haereticos credentes, omnibus Christi fidelibus, etiam pueris, & foeminis, potestatem absolventi esse concessam, definitum est à *Trid. sess. 14. de Poenit. cap. 6. & Can. 10. cap. 49. de Poenit. D. 1.* ibi: *Sic Divina bonitatis praesidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotis nequeat obtineri. Mediator enim Dei, & hominum homo Jesus Christus, hanc Praeposuit Ecclesia*

trahat potestatem, cap. 51. de Pœnit. D. 1. L. 21. tit. 4. p. 1. Nec obest, quod in cap. 2. de Furt. videatur, Diacono tribui absolventi potestas, ibi: *Si vulnerati Presbytero, vel Diacono confessi fuerint communionem eis non negamus.* Nam jam diximus, quod ibi non loquitur textus de Confessione Sacramentali, sed de confessione, quæ fit coram Presbytero, vel Diacono, ut possit testificari de poenitentia excommunicati, ut ad communionem Ecclesiæ admittatur. Deinde: in cap. 88. de Pœnit. D. 1. dicitur: *Tanta denique vis confessionis est, ut si deest Sacerdos, confiteatur proximo.* Et expressius in L. 39. tit. 4. p. 1. dicitur, quod quis potest confiteri Laico; sed hoc solum intelligitur, quando poenitens hunc humilitatis actum vult exercere, non verò quatenus possit obtinere absolutionem Sacramentalem à non Sacerdote, ut clarè in ipsa Lege dicitur: *Pœnitense entonce confesat al Lego, maguer el Lego non haya poder de absoluelo de los peccados:* quod comprobatur ex Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 5. Et sic intelligendus ex Div. Thom. Hodie tamen hæc consuetudo cessavit: nec est permittenda: quia nullus debet se infamare sine causa, nec dare occasionem suspicandi de ipso, quod Lutheranorum adhæret errori. Sic Valent. & alii cum Benedicto XIV. de Syn. lib. 7. cap. 15. \* Omnibus Sacerdotibus in ipsa ordinatione confertur radicalitèr potestas absolventi, licet remota: quia quidem per collationem jurisdictionis completur, & proximè expeditur designatione subditorum: ac proinde quilibet Sacerdos, etiam simplex, etiam excommunicatus, & degradatus potest absolvere constitutum, non solum in verò articulo, sed in probabili periculo mortis à quocumque peccato, etiam hæresis, & à quacumque censura: nam pro eo articulo nulla est reservatio. Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 7. Si verò tunc adsit Sacerdos approbatus, & non ligatus censura, vel habens privilegium absolventi à reservatis: non poterit simplex Sacerdos, vel excommunicatus, vel carens simill privilegio absolvere: quia tunc cessat omnino ratio, quam assignant Trid. ne scilicet occasione reservationis aliquis pereat. Sic contra Navarr. lib. 5. Consil. 54. Rodriguez, Vega, Henriquez, lib. 6. de Pœnit. cap. 11. num. 4. aliosque DD. tenent Suarez, de Pœnit. D. 26. sect. 4. Sanch. in Decal. L. 2. cap. 13. n. 7. Castrop. Laym. Lacroix L. 6. p. 2. n. 1562. & probatur ex tit. 4. cap. 5. cap. fin. 26. q. 6. ibi: *Presby-*

*ter inconsulto Episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absente Episcopo, ultima necessitas cogat.* Cessante periculo mortis ille, qui fuit absolutus, à Sacerdote simplici, vel excommunicato, non tenetur iterum ea peccata, etiamsi fuissent reservata alteri confiteri: siquidem ab eis fuit directè absolutus: nisi forte ipsa peccata reservata haberent censuram annexam. Nam tunc tenetur poenitens cum primum possit, se Superiori presentare, cap. 13. de Sentent. excomm. cap. 22. eod. in 6. Navarr. Man. cap. 26. n. 26. Suar. D. 26. sect. 4. Et censetur non adesse Superioris copiam, quando infirmus nequit ipsum adire, nec accersere, & si confessor possit infirmum adire. Nec tenetur infirmus per litteras facultatem à superiori petere, quia se exponeret periculo sui criminis detegendi: nec per Procuratorem; v. g. per ipsum confessarium, qui illi adest, tenetur facultatem à Superiori petere: imò nec tenetur accipere. Bullam Cruciatæ, ut vi illius absolvatur: quia cum beneficio ordinario juris adjuvetur non indiget privilegium querere. Articulum mortis censetur, quando mors est quasi in fieri, & ita certa, & proxima, ut moralitèr certa sit, & fere inevitabilis, sive ex morbo, sive quia ipse est morte plectendus. Periculo mortis tunc contingit, quando est probabile dubium de morte, & frequenter in eo casu evenire solet, v. g. Si quis incidat in morbum gravem, qui ex majori parte mortem solet inferre: vel si mulier partui sit proxima, & experta sit hoc periculum in aliis partibus: vel si quis inveniatur in gravi tempestate, vel in belli conflictu, &c. Suarez, de Pœnit. D. 26. sect. 4. Sanch. in Decal. L. 2. cap. 13. Potest etiam simplex Sacerdos à peccatis venialibus absolvere. Et licet ex Decret. Innoc. XI. 12. Februarii. ann. 1679. præcipiatur Ordinariis, ne permittant, quod venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato; tamen si defacto absolvat, erit valida absolutio: nam hæc tantum prohibetur: non irritatur. Lacr. L. 6. p. 2. n. 1489. Cardenas, & alii. Imò, & à mortalibus, à quibus jam poenitens aliquando fuit legitime absolutus, potest Sacerdos simplex absolvere. Et in his tribus casibus ipse habet à jure facultatem, & jurisdictionem ad absolvendum. Confessarius ultra ordinem, & jurisdictionem, debet habere scientiam, virtutem, secretum, prudentiam, & fortitudinem: debet enim esse discretus, & cautus, ut more periti Medici, super in-

fin-

fundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatorum circumstantias, & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & ejusmodi remedium adhibere diversis nempe experimentis utendo ad salvandum ægrotum. c. 12. b. t. L. 26. tit. 4. p. 1. In peccatis contra castitatem caute debet interrogare, nec ignorantem doceat, aut offendant: vel se, vel illum periculo exponat. Et ideo dicitur in L. 26. tit. 4. p. 1. ibi: *Pero si fuere muger, debela castigar, que se asiente à un lado del Confesor, è non muy cerca, nin delante, mas de guisa, que la oyna, è non la vea la cara: porque dice el Profeta Abacuc, que la cara de la muger es asi como llama de fuego, que quema al que la cata. Onde el Clerigo, que se debe guardar de non facer yerro con las mugeres ha menester de non le ver la cara, nin otra cosa, porque haya de moverse à errar.* Hodie in nostra Hispania mulieres non possunt confiteri, nisi in Ecclesiis, & quidem interposita inter faciem ejus, & faciem confessarii quadam craticula nisi in casu infirmitatis, ut in Edicto Inquisitionis stabilitum est. Etiam olim erat statutum pro confessariis nostræ Societatis in Reg. 15. Sacerdotum, ibi: *Confessarii ita audiat poenitentes, ut mutuum aspectum fugiant: sic enim attentius, & liberius audient. Quod si locus non erit ejusmodi, ut tabula Confessarium à confiteute dividat, manus interposita, inter faciem propriam, & confitentem, qui ad latus esse debet, id præstabit: mulierum verò confessiones non audiantur, nisi ad crates, etiam si sint puellule.*

367 Confessarius debet absolvere depositum: & non alium. Ille poenitens, qui sententiæ probabilis adhæret benè dispositus est: quia quando agitur de honestate actionis, an licita sit, vel non, potest quis sequi opinionem probabilem, relicta tutiori, imò: & minus probabilem Probabiliori relicta sequi potest: Hac occasione aliquid dicam de probabilitate. Opinio probabilis est judicium incertum nitens motivo absolute, & respectivè gravi. Dicitur judicium incertum: id est, nec certò verum, nec certò falsum. Opinio erit extrinsecè probabilis propter auctoritatem Doctorum eam defendentium: sed potius debemus attendere doctrinam, quam Doctorum auctoritatem, ut lepide dicit Caramuel: nam non omnes DD. sunt docti. Erit intrinsecè probabilis propter rationes eam suadentes, ab auctoritate distinctas.

*Probabilior intrinsecè est, quæ pro se habeat meliores rationes. c. 4. de Feltis. Probabilior extrinsecè est, quæ pro se majorem auctoritatem habet.* Dubie probabilis est quando dubitatur, an ejus motivum sit grave: an leve, vel si dubitetur, an Authores eam defendentes sint omni exceptione majores. Tenuiter probabilis est, quando motivum est ita leve, ut censetur imprudens, qui illi assentitur. *Opinio tutior est illa, quæ magis recedit à periculo Legis, tam materialiter, quam formaliter violandæ, aut alterius mali incurrendi, etiam si opposita sit probabilior:* Nam potest aliqua opinio esse tutior quin probabilior sit. Ita sententia asserens, ad Sacramentum poenitentia requiri contritionem perfectam tutior est, quam sententia asserens, attritionem sufficere, & tamen hæc est altera probabilior. Quibus suppositis tenendum est, quod regularitèr licet operari sequendo opinionem probabilem, etiam tutiori, & probabiliori relictiis quia sic operans non temerè, sed prudenter operantur, quin se exponat periculo peccandi formalitèr, licet materialitèr forte posset peccare, siquidem certum est, quod ille, qui prudenter operatur, non se exponit periculo peccandi formalitèr, & etiam est certum, quod sequens opinionem probabilem operatur prudenter, ac proinde, etiam esse certum convincitur, quod sequens opinionem probabilem relicta tutiori, & probabiliori, non se exponit tali periculo. Et quamvis opinio directa sit minus probabilis, quam contraria; atamen judicium reflexum asserens, talem opinionem posse sequi est probabilis quam contrarium id negans: nec opinio directa etiam sit probabilior liberat à periculo peccandi materialitèr: quin nec sententia, etiam quæ sit moralitèr certa, siquidem in re potest esse falsa. Et addit Caramuel quod hodie hæc sententia est omnium TT. nam plerique asserunt, ad securitatem conscientia sufficere opinionem minus probabilem sequi, pauculi debere haberi probabilem dicunt, & id ipsum illi in suis libris non faciunt, ut vel hinc videas, non esse practicabilem eorum doctrinam. Peccare eum, qui sequitur minus probabilem impossibile sic demonstrat. Vel possumus sequi opinionem probabilem, (& habemus intentum; nam minus probabilis probabilis est) vel teneatur sequi probabilior, & probabilis est sufficere minus probabilem. Et quidem hæc sententia omnino amplectenda est, quia benignior, & à pluribus scrupulis li-

be-

berat, & verè facit jugum Dei suave, & onus ejus leve, Et ita contra N. P. Thyrsun Goz. Card. Aguirre, Fagan. & alios tenent plurimi DD. Bañez, Azor, Mercado, Vazquez, Medina, Valent. Gutier. Nav. Ledesma. Lud. Lop. Less. & alii, cum Sanchez. in Dec. lib. 1. cap. 9. n. 4. Laer. plures citans lib. 1. n. 268. Et novissimè hæc omnia confirmat Benedict. XIV. de Synod. & præcipuè lib. 7. cap. 28. num. 3. & 6. Quibus maximum robur addunt tres Granatenses Egregii, nempe Exim. D. Suarez de Cesar. D. 4. sect. 5. num. 6. Basil. Ponce de Leon, ut com. pro nostra sententia citatur à Caramuel. Laer. & aliis. Et noster amicus, & Collega III. DD. Franciscus de Perea, Archiepiscopus Granatensis in Lello lapide. Et innuit V. Ludov. Granatens. Sed ne in aliquem impingamus errorem; oportet præ oculis habere quasdam propositiones damnatas. Alex. VII. hæc quæ est 27. damnavit. Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constat rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem. Innoc. XI. hæc damnavit. 1. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet Lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi: hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis. 2. Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem, etiam minus probabilem. 3. Generatim dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui modo à probabilitatis finibus non exeat confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus. 4. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens ductus opinione minus probabilis. 6. Probabile est, nec singulis quidem rigorosè quinquennis per se obligare præceptum charitatis erga Deum. Et Alex. VIII. hæc damnavit, quæ est 3. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

368. Circa approbationem, quæ in confessariis ad confessiones audiendas requiritur sit statutum. Trident. sess. 23. de Ref. cap. 15. Quibus Præbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant; & decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi, aut Parochiale beneficium, aut Episcopi per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, approbationem,

quæ gratis detur, obtineat: privilegii, & consuetudine quacumque, etiam immemoriali, non obstantibus. Hinc approbatio, quæ est judicium, sive testimonium authenticum de idoneitate Sacerdotis ad confessiones audiendas, ad eam est necessaria, ut absolutio à Sacerdote non approbato attentata sit nulla, sit poenitens habeat peccata mortalia nondum confessata: vel sit extra mortis articulum, nec potest poenitens, etiam virtute Bullæ Cruciatæ, vel cujuscumque Jubilæi eligere confessarium non approbatum ab Episcopo illius Diocesis, in qua audit confessiones, etiam si alibi sit approbatus. Valet tamen absolutio, stante hac approbatione, etiam si verè Sacerdos idoneus non sit, si ponit legitimam formam: imò valet absolutio, etiam si Episcopus cognoscat illum in idoneitatem, si externè, licet injustè approbavit; v. g. propter favorem. Similiter si Episcopus fictè approbat externè sine intentione approbandi, cum Ecclesia non iudicat de occultis, approbatus censetur, & absolutio erit valida: quia omnia præcipuè ad vitandum periculum animarum statuta à Trid. videntur. Suar. de Poenit. D. 28. sect. 5. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 25. n. 40. & quidem si poenitens sit Regularis, sufficit, quod confessarius Regularis, vel etiam Sæcularis habeat approbationem, & licentiam Prælati Regularis, ut à contrario sensu Trid. tenent Suar. D. 28. sect. 4. Barb. de Offic. Episc. alleg. 25. num. 64. & declaratum est à Clem. VIII. apud Quarenta. V. Confessor. Monialium verò confessiones nullus audire potest, sive Regularis, sive Sæcularis, qui ab Ordinario non est ad id approbatus ex Constit. Greg. XV. Si poenitens sit Sæcularis debet confessarius, etiam Regularis, esse approbatus ab Episcopo: vel consecrato, vel saltem confirmatu, vel à Capitulo Sede vacante, vel à Vicario eorum: nam potestas confessorum approbandi, non est actus ordinis, sed jurisdictionis ordinariæ, ac proinde dari valet non solum ab Episcopo, sed à capitulo, & eorum Vicario. Et quidem debet concedi ab Episcopo, in cujus jurisdictione sunt audiendæ confessiones. Hæc approbatio conceditur, vel per collationem beneficii habentis curam animarum, vel per authenticam idoneitatis declarationem, prævio examine, vel etiam sine eo, ab Ordinatione factam. Quicumque enim Sacerdos, etiam Regularis, etiam Doctor in Theologia, vel Jure Canonico in-

indiget tali approbatione ad confessiones Sæcularium audiendas: decet tamen, quod ab Episcopo ea concedatur talibus personis, de quarum doctrina constat, sine examine: si tamen Episcopus velit, jure suo utitur, eos ad examen redigendo. Nec potest Episcopus sine justa causa approbationem negare, sed debet, si aliquis Sacerdos petat, illum ad examenmittere, & si idoneum invenerit approbare. Suar. de Poenit. D. 28. sect. 5. Lug. eod. D. 21. n. 49. Nec sufficit si ab Episcopo approbatio petatur, si ab hoc denegetur quantumvis injustè: nam licet in hoc casu Regulares approbati censerentur: ex Cl. Dudum, 2. de Sepult. & Extr. 2. eod. inter comm. tamen hoc privilegium ex generalitate à Tridentino derogatum censetur. Et constat clarè ex propositione 13. damnata ab Alex. VII. Suar. D. 28. sect. 5. Vazq. D. 93. art. 3. dub. 3. Lug. D. 21. n. 52. Laer. lib. 6. Barb. de Off. Episc. alleg. 25. n. 47. Nav. Man. cap. 27. n. 265. Laym. lib. 5. tr. 6. cap. 11. Regularis ultra Episcopi approbationem requirit sui Superioris, Generalis scilicet, vel Provincialis, approbationem. Clem. 2. de Sepult. Si tamen ea careat, illicitè confessiones, sed validè audiet: quia Tridentinum pro valore solum approbationem Episcopi requirit. Approbatio potest restringi ad certum locum, personas, & tempus, ex justa causa: vel quia ætas, adhuc non est matura ad audiendas fœminarum confessiones, vel ex defectu scientiæ ad certum genus personarum, v. g. ad Mercatores. Et etiam ad certum tempus potest concedi, ut timore privationis approbationis ad studium Confessor alliciatur. Et quidem quæ ad certum tempus conceditur, eo veniente spirat, similiter cessat morte concedentis approbatio, ad ejus arbitrium, & beneplacitum data. Laer. lib. 6. p. 2. num. 1492. alios citans.

369. Approbatio, quæ per collationem beneficii curati confertur, non potest revocari, nisi beneficiarius beneficio privetur, vel removeatur ab officio. Quando autem durat beneficium durat, & approbatio, saltem pro illa Diocesi, licet Suar. Vazq. & Lug. dicant, approbatum ob beneficium Parochiale esse approbatum pro tota Ecclesia. Laer. lib. 6. p. 2. n. 1535. si desinat esse Parochus, desinit etiam ejus approbatio contra Moyam: nisi approbatus sit independentè à beneficio. Quod si transeat de una ad aliam Parochiam, regularitè requiritur nova approbatio. Laer. lib. 6. p. 2. n. 1538. Et in his Indiarum partibus est necessaria approbatio, si transeat

ad Parochiam diversi idiomatis. L. 12. tit. 15. lib. 1. R. Ind. Ea verò approbatio, quæ sine beneficio confertur, si absolute, & sine limitatione detur, non potest revocari: cum jam Sacerdoti jus quæsitum sit, nisi justa superveniente causa, quia v. g. mutavit mores, vel oblitus est scientiæ moralis, &c. ut de Regularibus constat ex Bulla Clem. X. Superna Magni Patrisfamilias. Et latè tractant Barb. de Offic. Episc. alleg. 25. Suar. de Poenit. D. 28. sect. 8. & alii. Prædicta constitutio habetur apud Laer. lib. 6. p. 2. ex n. 1502. & 1506. Et sic ait: Regulares ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo: secus autem ab ejus Vicario, aut Antecessoribus Episcopis approbatos non posse ab eodem, qui sic approbavit iterum examinari, aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentiam illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat, de qua band necessarium est, ut in actibus constat, nec eam tenetur Episcopus ipsis Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ duntaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Concordat. L. 7. tit. 15. lib. 1. R. Ind.

376. Ultra approbationem necessariò ad valorem absolutionis requiritur in Sacerdote jurisdictio. Approbatio enim solum est judicium de idoneitate: sed non dat jurisdictionem in obsecutis. Cum enim hoc Sacramentum per modum judicii sit institutum. Trid. sess. 14. de Poenit. cap. 6. & Can. 9. Est necessarium, Sacerdotem, qui Judex est, jurisdictione gaudere: Hæc enim est potestas judicialis ligandi, atque solvendi in foro interno poenitentem subditum sibi confessum. Licet enim in ordinatione sit Sacerdoti concessa potestas radicalis, & remota absolvendi, est tamen necessarium, ut valide fiat, quod compleatur per jurisdictionis concessionem, quæ stat in designatione subditorum. Hæc jurisdictionis, alia est ordinaria alla delegata. Ordinaria est illa, quando aliquis habet ratione officii, quod exercet habentis annexam curam animarum. Ea gaudet Papa, & ejus Summus Poenitentiaris respectu totius Ecclesiæ: Episcopi, & eorum Vicarii, & Capituli Sede vacante Vicarii Generales respectu totius Diocesis. Parochi respectu suæ Parochiæ. Prælati Regulares, etiam Vice-Rectores, & Vice-Guardiani respectu suorum subditorum. Delegata est, quam quis, non ex officio proprio, sed ex commissione alterius habentis ordinariam in ejus subditos exercet. Sic Papa, Episcopus,

pus, & etiam Parochus possunt alteri concedere facultatem audiendi suorum subditorum confessiones. Nam de Jure Communi quilibet confiteri debebat proprio Sacerdote. *c. 12. h. t.* adeo ut de Jure Antiquo Episcopus suo Archiepiscopo, Archiepiscopus Patriarchæ, & hic Papæ confiteri debebat: quia nullus potest ligari, vel absolvi nisi à Judice, vel Prælo proprio, qui habeat in ipsum jurisdictionem ordinariam. Sacerdos proprius est Parochus poenitentis. *L. 21. tit. 4. p. 1. ibi: E maguer dice de suso, que se deben confessar los omes à Clerigo Misa cantano, esto non se entienda, que lo han de hacer à otro, si non aquellos, onde son Parrochianos cada uno en su Iglesia.* Sed hodie possunt poenitentes cuicumque Confessario approbato confiteri, sive Clericus sit, sive Religiosus.

371 Religiosi quidem habent jurisdictionem delegatam; & quidem immediate à Papa, ut possint audire confessiones omnium fidelium ad ipsos accedentium, eosque absolventi ab omnibus peccatis: etiam Papæ reservatis; & ab omnibus censuris, poenis Ecclesiasticis, illis exceptis, quæ in Bulla Cœnæ continentur. *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 1552.* Hoc privilegium non est concessum immediate Religiosis particularibus, sed ipsis Religionibus, & Prælatibus earum. Hi enim suis subditis hanc facultatem concedunt, vel etiam ex justa causa, negant, vel concessam auferunt, vel restringunt ad certum personarum genus. Et ob privilegia Religionum hæc facultas non extenditur ad audiendas confessiones Religiosorum alterius ordinis, nisi ipsi à suis Prælatibus licentiam habeant confitendi extraneis Religiosis, vel quando non habent Sacerdotem sui ordinis: v. g. Si iter faciant: nam tunc saltem in nostra Societate potest quis confiteri culibet Sacerdote, etiam alterius ordinis, vel sæculari, si Confessarius Societatis non adsit; & probabiliter non requiritur in tali Sacerdote approbatio Episcopi: quia Prælati censentur id permittere. Sic ex *Suar. & alii affert Lacr. lib. 6. p. 2. n. 1524.* Etiam consuetudine acquirit jurisdictionem; quando hæc cum titulo 40. annis, vel sine eo, per tempus immemorabile possidetur sine interruptione. *Arg. c. 1. de Præscript. in 6.* Si Sacerdos jurisdictione carens credatur communi errore jurisdictione ad absolvendum gaudere, ne animæ ex alterius malitia detrimentum patiantur, Ecclesia benigne jurisdictionem supplet. *Arg. L. 3. ff. de Offic. Prætor.* Etiam indirecte solet delegari, hæc facultas, quando scilicet non

ipsi Confessario immediate, sed poenitenti conceditur, quod Confessarium possit eligere. Et quidem in nostra Hispania, omnes qui habent Bullam Cruciatam, possunt quemcumque velint Confessarium eligere, dum hic sit ab Episcopo approbatus. Episcopus etiam non consecratus: imò etiam si Titularis tantum sit, & Diocesi careat: & etiam si Episcopatus renuntyasset: & Episcopo Superiores, ut Archiepiscopi possunt ex dispositione *Greg. IX. in C. fin. h. t.* Confessarium eligere. *L. 21. tit. 4. p. 1.* Prælati Regulares exempti, & quidem non solum Provinciales, sed etiam Superiores Locales, possunt Confessarium eligere. Reges, & alii Principes Supremi, (non tamen eorum familia) & ex consuetudine etiam familiares Pontificis sibi possunt eligere Confessarium. *Vid. Lacr. lib. 6. p. 2. ex n. 1486.* Ubi varios casus, & Constitutiones affert, præcipue celebrem Constitutionem *Clem. X. Superna Magni Patrifamilias.* Benedictus XIV. consulens animarum salutem, hortatur Prælatos, ut non solum bis, vel ter juxta Tridentinum assignent Confessarium extraordinarium pro Monialibus, & in casu mortis, sed quoties aliqua necessitas detur faciles in hoc se exhibeant, ita in Constitutionibus. *Pastoralis 5. August. ann. 1748.*

372 Illi, qui habent potestatem concedendi aliis jurisdictionem ordinariam, vel delegatam possunt eisdem hanc jurisdictionem, ita restringere, ut pro certis peccatis eam non concedant; vel auferant concessam. Et hoc dicitur reservare peccata. Habent ergo facultatem ea reservandi Papa pro tota Ecclesia, Episcopus pro sua Diocesi, Prælati Regularis pro sua Religione, vel Domo, Parochus pro sua Parochia. *Suar. de Poenit. D. 29. sect. 1. Lug. eod. D. 20. n. 2.* Peccata enim reservatorum, ut fideles ab eis committendis coercerentur ob difficultatem, & necessitatem ad eundem superiorem; tum quia ob eorum atrocitatem non convenit, quod à quovis Confessario indiscriminatum remittantur; sed majorem poenitentiam, exacrisiudicium, & severiorem coercionem requirunt, sed hæc potestate non debent superiores abuti in destructionem, sed tantum cum moderatione in Ecclesie edificationem uti, ita ut non faciant Sacramentum Poenitentiae nimis onerosum. *Trid. sess. 14. de Poenit. c. 7.* Quando reservatio solum imponitur in bonum fidelium, & Ecclesie ad ejus rectam gubernationem dicitur reservatio merè medicinalis; & hæc etiam ab ignorante eam incurritur: quia cum

sit

sit ablata jurisdictione Confessario, non potest subsistere absolutio poenitentis: etiam si ignoret tali delicto esse reservationem adjunctam. Si verò in odium delicti, & ad illud puniendum imponatur reservatio, prohibendo specialiter delictum, & aliquam poenam adjunctendo; v. g. Censuram, dicitur reservatio poenalis, & non incurritur ab eam ignorante: nam censetur habere tacitam conditionem: nisi delinquens invincibiliter ignoret Legem, & reservationem ab ea impositam. *Sanch. de Matrim. lib. 9. D. 33. n. 18.* Ut ergo aliquod peccatum reservetur debet esse mortale externum, certum, & sine dubio, an sit mortale; & certo reservatum, & sine dubio, an sit, vel non reservatum, & in suo genere consummatum, & insuper perfectum, eo modo, quod Lex exprimit: v. g. *Temerè presumptuosè, vel scienter.* Cum verba debeant sumi cum effectu. *c. 4. de Cler. non resid. L. 1. §. Hac, ff. Quod quisque jur.* Peccata enim venialia, vel etiam mortalia jam confessam, cum non sint materia necessaria Sacramenti, vel nequeunt, vel non solent reservari. Nec pure interna, quia licet possint reservari, hoc non convenit ad externam Ecclesie gubernationem: ac proinde solum tunc reservantur, quando procedunt in aliquem actum externum, qui ex se, & sine relatione ad actum internum, sit peccatum grave. Sique, qui committit furtum rei levis cum affectu subripiendi rem gravem non incurrit reservationem. *Suar. de Poenit. D. 29. sect. 3. Lug. eod. D. 20. ex n. 14. Laym. l. 5. tr. 6. cap. 12.*

373 Sed ne facile in Religionibus casus reservati multiplicarentur. *Clem. VIII. Motu proprio, 26. Martii Ann. 1593* ad 11. casus restrinxit Prælatibus Regularibus facultatem reservandi; quos quidem tantum possunt reservare, si eos reservare velint, sed non debent, si tamen consultum sit plures ultra illos reservare, statuit ipse Pontifex, hoc non aliter fieri, quam de consensu Capituli Generalis pro toto Ordine, vel Provincialis pro tota Provincia. 11. casus sunt sequentes. 1. Veneficia, incantationes, sortilegia. 2. Apostasia à Religione, sive dimisso, sive retento habitu, dummodo egressio extra septa Monasterii fiat. 3. Egressio nocturna, & furtiva à Monasterio, etiam sine animo apostatandi. 4. Proprietas, quæ sit peccatum morale contra paupertatis votum. 5. Falsum juramentum in judicio regulari, vel legitimo. 6. Abortus procuratio post factum animatum, & auxilium, seu con-

Tom. II.

silium ad illum, etiam si effectus non sequatur. 7. Falsificatio manus, vel sigilli officialium Monasterii. 8. Furtum de rebus Monasterii quod sit peccatum morale. 9. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. 10. Occisio, vulneratio, vel percussio gravis cujuscumque personæ. 11. Impedimentum, retardatio, vel apertio litterarum à superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad superiores, quando ex malitia provenit. In nostra Societate ultra 11. prædictos sunt reservati alii 10. à *Cong. Gen. V. 1.* Perjurium, & falsum testimonium in judicio, vel extra. 2. Furtum aliquis rei, quod sit peccatum morale contra votum paupertatis. 3. Voluntarius lapsus carnis, & quidquid est contra castitatis votum, quod exeat in actum externum. 4. Expressa inobedientia, qua quis dicat, se obedire nolle. 5. Seditio in superioriorem, & divisio à capite in grave societatis præjudicium. 6. Detractio bonæ famæ, & existimationis aliorum, & seminatio discordiarum inter fratres. 7. Reticuisse, vel mentitum fuisse in examine circa impedimentum excludens à Societate, quod grave damnum causare valet. 8. Missio, seu acceptatio litterarum absque licentia expressa, quando talis missio, vel acceptatio est peccatum mortale. 9. Transgressio votorum simplicium, quæ Professi post professionem emittunt. 10. Censura nostra Societatis, seu peccata, quæ annexam excommunicationem habent in nostris Constitutionibus, Bullis, & Decretis. Hæc omnia reservantur superiori domus, vel Collegii, quando manifestè sunt mortalia, & in actum externum prodierunt, & à nullo possunt absolvi, nisi de expressa licentia Superioris Domus vel Collegii. Omnium horum casuum peculiarem explicationem prosequitur. *Lacr. lib. 6. p. 2. ex n. 1662.*

374 A peccatis reservatis possunt absolvi: 1. in articulo, vel periculo mortis quivis Sacerdos, & à quocumque peccato; quia tunc nulla est reservatio. *Trid. sess. 14. de Poenitent. cap. 7. 2.* Qui reservavit peccatum, vel ejus Superior, vel successor in Dignitate, vel ab eo delegatus. 3. Regulares ex privilegio Apostolico possunt quoscumque absolvere, etiam à peccatis reservatis Pontifici extra Bullam Cœnæ. 4. Episcopi possunt absolvere à peccatis occultis Pontifici reservatis. *Trid. sess. 24. de Ref. c. 6.* & etiam si Pontifex, aut ejus Legatus non possit adiri ob impedimentum stabile, senium, infirmitatem, &c.

Yy 2

Laym.

*Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 5.* Imò & Parochus poterit absolvere, quando Episcopus, vel alius privilegiatus nequeat adiri. *Tamb. de Casib. reserv. c. 12. §. 2. n. 28.* In nostra Hispania maximum ad hoc privilegium in Bulla Cruciatæ habemus: siquidem pœnitens Bullam habens, potest à quocumque Confessario approbato absolvi semel in vita, & semel in articulo mortis vero, vel præsumpto à quibuscumque peccatis, quocumque modo Apostolicæ Sedis reservatis, excepto crimine hæresis externæ. A non reservatis verò toties quoties pœnitens confessus fuerit. Si autem peccatum, ac censura à qua quis cupit absolvi, exigat satisfactionem, non debet absolvi, quin talis pœnitens prius per se, aut si ipse non potest, per hæredes suos satisfactionem reddat. Qui fuit in periculo mortis virtute Bullæ absolutus, si à tali periculo liberetur non tenetur recurrere ad superiorum: & in hoc stat privilegium: si casus Sedi Apostolicæ reservati sunt occulti potest pœnitens ab illis toties quoties confiteatur absolvi, quia quando occulti sunt, solum Episcopo reservantur. *Trident. sess. 24. de Reform. c. 6.* nisi crimen hæresis, si sit externa, & formalis, etiam si occulta sit, idem est de Apostasia, quod semper excipitur, ut constat ex Edicto Generali Inquisitionis, sed hoc delictum ab ipsis Inquisitoribus absolvendum est, nisi pœnitentes sint Indi: nam hi ab episcopo, vel ab eo delegato absolventur ex Constitutione *Greg. XIII.* quam affert *Solorz. de Jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 24. n. 30.* Ab aliis peccatis, excepta hæresi, & apostasia, quamvis reservata sint Inquisitoribus, ut sunt sortilegia, incantationes, veneficium, præstigiæ, magicæ, invocationes Dæmonum, & alia, quæ in Edicto continentur, potest quis virtute Bullæ absolvi, & quidem toties quoties, cum non sint Sedi Apostolicæ reservata. Potest quis duas Bullas sumere sed non plures ex dispositione *Greg. XIII.* & tunc poterit bis absolvi in vita, & bis in morte à peccatis Pontifici reservatis: & bis poterit sibi applicare Indulgentiam in vita, & bis in articulo mortis. Regulares posse absolvere à peccatis Inquisitioni reservatis vi suorum privilegiorum, excepta hæresi tenent *Portel; Fr. Valentim; & alii.* Sed securius est facultatem ab Inquisitoribus, vel Commissariis petere, Cardinalis Pœnitentiarius habet potestatem absolvendi à censuris, & pœ-

catibus reservatis, & dispensandi in irregularitatibus pro foro interno: quod munus exercet per penitentiarium, qui Romæ in Ecclesiis Patriarchalibus assistunt, & sedentes in confessionariis in signum hujus potestatis virgam in manibus tenent, & in solemnibus Processionibus Pontificiis, & præcipue in processione Corporis Christi incedunt parati cum planetis post universum Clerum Sacularem, & Regularem prope Episcopos: Hujusmodi Pœnitentiarii eliguntur ex Religionibus, S. Dominici, S. Francisci, & Societatis Jesu. Alia species Officialium est illorum, qui Pœnitentiarius regunt per quamdam speciem Tribunalis, audiendo nempe supplicationes super petitis dispensationibus, & absolutionibus. Et super ipsis conceduntur litteræ Apostolicæ in forma Brevis, non quidem sub Annulo Piscatoris, sed peculiari Pœnitentiariæ sigillo. Expediuntur quidem dispensationes super irregularitatibus ex causa homicidii, illegitimum natalium aut alterius defectus: ac etiam revalidationes matrimoniorum, & revalidationes simoniacarum prvisionum beneficiorum. Pœnitentiaria habet facultatem pro utroque foro, etiam in factis publicis absolvendi, & dispensandi in multis quoad Regulares, & volentes ingredi Religionem, si consensus, & supplicatio Superiorum Regularium accedat. *Lacr. lib. 6. p. 3. n. 970.* In reliquis autem solum dantur absolutiones, & dispensationes pro occultis, cum in publicis concedantur per Datariam, vel Secretariam Brevium. Si petens extra Romam sit, Breve dirigitur Confessori Doctori in teologia, seu Jure Canonico, vel habenti privilegium. *Lac. lib. 15. p. 2. Lacr. lib. 6. p. 3. ex n. 951.*  
 ¶ *Benedict. XIV.* in Constitut. *Pastor bonus*, an. 1744. ponit facultates Pœnitentiarii Majoris: & in Constit. *In Apostolica*, tractat de Officialibus Pœnitentiariæ. Qui his notitiis indigat, videat prædictas Bullas.\*

375 Licet probabile sit, Regulares sine speciali licentia Episcopi posse absolvere à peccatis Episcopo reservatis à jure, vel consuetudine, ut tenent plures, tamen certum est, non posse absolvere ab eis, quæ Episcopus specialitè sibi reservat ex Constit. *Urban. VIII.* ann. 1628. & *Clem. X. Superna magni Patrisfamilias*, & ex propositione 12. inter damnatas ab *Alex. VII. Lacroix lib. 6. p. 2. n. 1628.* Qui in aliqua Diocesi habet facultatem absolvendi à reservatis, po-

potest ab eis absolvere Peregrinos, qui bona fide ad ipsum accedunt, etiamsi illud peccatum in Diocesi pœnitentis sit reservatum: nam ex tacito consensu Prælatorum, & generali consuetudine Peregrini pro incolis, quoad forum pœnitentiale, habentur. Si verò ad talem Diocesim accedant præcisè, ut à peccatis absolvantur, non possunt absolvi, ne elusoria fiat reservatio. *D. Anton. 3. p. tit. 17. c. 4. Suar. de Pœnit. D. 30. sect. 1. Lugo eod. D. 20. num. 71.* contra *Navar. Sotum; & alios.* Imo potest Confessarius non habens facultatem specialem absolvere Peregrinum à peccato non reservato in Diocesi Confessarii, licet sit reservatum in Diocesi pœnitentis. Secus est, si in utroque Diocesi sit reservatum: imò etiam si in Diocesi Peregrini non sit reservatum, si est reservatum in Diocesi Confessarii, non potest hic à tali peccato absolvere, quia Peregrinus quoad forum penitentiale pro incola habetur, præcipue cum reservatio potius, quam pœnitentem, aficiat Confessarium, cui pro tali casu tollitur jurisdictio. *Suar. de Pœnit. D. 33. sect. 1. n. 5.* contra *aliquos.* A peccatis reservatis à Generali, vel Provinciali pro suis subditis possunt absolvere, non solum Generalis, & Provincialis, sed etiam Superiores Locales immediati, & delegati ab his omnibus, non verò alii: si non detur ad hoc aliquod speciale privilegium, quod quidem juxta ejus tenorem servari oportet: tale habent Fratres Minores, & Prædicatores. *Suar. de Relig. t. 4. tr. 8. L. 2. c. 19. Rodrig. tom. 1. q. 62. art. 5.* Regulares nequeunt absolvi à casibus reservatis virtute Bullæ Cruciatæ, neque à Confessario Ordinario Monasterii, ut declaravit Urbanus VIII. Noviti verò bene possunt eligere Confessarium virtute Bullæ, cum non sint Religiosi, nec in odiosis eorum nomine veniant.

376 Quamvis per confessionem, & absolutionem Sacramentalem remittatur peccatum quoad culpam, tamen remanet pœna temporalis illius luenda, vel in Purgatorio, vel in hac vita per opera satisfactoria, vel indulgentias, quæ pertinent ad secundam partem Rubricæ, in qua de remissionibus agitur. Pœnitentia ergo prout est satisfactio, est pars integralis confessionis, & quidem conformis institutioni Christi. *Trid. sess. 14. Can. 14. & 15.* non est de essentia Sacramenti: sed ex præcepto est regularitè imponenda à Confessario debetque

esse talis, ut proportionetur culpæ & necessitati pœnitentis. Potest tamen aliquando levissima injungi, quando scilicet, pœnitens est vehementer contritus, vel debilis, vel infirmus, & impotens ad gravem pœnitentiam, vel si Jubilæum: vel Indulgentia applicetur, sed ut possit securius pœnitentia moderari, expedit, quod Confessarius addat illa verba: *Quidquid boni feceris, & mali patienter sustinueris.* Potest injungi opus internum; v. g. meditatio de morte: nam Confessarius opus internum nomine Christi, imò, & Ecclesiæ potest præcipere. *Lacroix L. 1. n. 648. & seqq.* Regularitè tamen debet esse externum. Per satisfactionem enim pro pœna intelligitur aliqua compensatio honoris, & auctoritatis Dei læsæ per culpam. Si hæc compensatio in æstimatione morali sit æquivalens pœnæ subeundæ in vindictam peccati, dicitur satisfactio condignæ, si tamen non habeat omnimodam proportionem, sed ex quadam convenientia censeatur admittenda à Deo offenso, dicitur congrua. Ad satisfactionem condignam ex parte operis requiritur, quod opus sit moralitè bonum, liberum, & voluntarium, supernaturale, afflictivum, & positivum ex aliqua intentione satisfaciendi, etiamsi alias sit præceptum: quin, & patientèr tolerando flagella Dei, vel alia mala, & adversa, ea facimus per talem acceptationem voluntaria, & per ea satisfacere possumus. *Trid. sess. 14. de Pœnit. cap. 9.* Ex parte operantis requiritur status viæ, & gratia, quomvis satisfactio, saltem prout imponitur in Sacramento penitentia, etiamsi in peccato letali adimpleatur, probabiliter prodesse valeat: ut ex *Suarez, Cajet. & alii* tenent *Lacr. L. 6. p. 2. n. 1245.* contra *D. Thom. & alios:* Opera, quæ in satisfactionem debent injungi, sunt triplicis generis, scilicet, oratio, elemosyna, jejuniium. Ad orationem reducitur omne opus bonum ad cultum Dei ordinatum. Ad elemosynam omne opus bonum, quod in proximum dirigitur per opera misericordia: Ad jejuniium omne opus bonum, quod est corporis afflictivum, ut maceratio carnis. Satisfactio, ut à Confessario imposita tanquam pars integrans Sacramentum Penitentia efficaçior vim obtinet ex Christi institutione: & hanc vim habet ex opere operato, præter eam, quæ correspondet merito operantis. Sic ex *D. Thom. Suarez, & alii Salmantic. tom. 1. tr. 6. cap. 10.*